



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

**Parisiis, 1644**

Epistola CVI. Ioannis Papae VIII. Ad Archiepiscopvm Mogvntivm. Vt  
Ludouicum Germaniae regem, eiusque fratres adhortetur vt ad Synodum  
veniant, aut legatos mittant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15967**

dotali. Optamus nobilitatem vestram bene valere. Data  
vt supra.

## EPISTOLA CVI.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD ARCHIEPISCOPVM MOGVNTINVM.

Vt Ludouicum Germaniæ regem, eiusque fratres adhortetur vt ad Synodum veniant, aut legatos mittant.

*Venerabili archiepiscopo Liutberto Moguntino.*

**E**CCLESIASTICA exigente vtilitate, quoniam Deo duce causæ ad Galliarum partes venire commodum duximus: quapropter fraternitatem vestram necessario commonere studemus, vt secundum calitus sibi sapientiam datam frequenti adhortatione suggeras Ludouico regi, aliisque confratribus, vt ad nostræ mediocritatis colloquium, atque generalem Synodum, iuxta Christi voluntatem, apud Treas congregatam, venire non omittat, vel si aliqua necessitate prædictus rex præpeditus fuerit, &, vt non optamus, properare distulerit ad locum prædictum, quocum Ludouico rege locuturi sumus, nomine tenus destinet: quatenus sub cuncta celeritate regum filiis congregatis, totius Christianitatis, Dei gratia duce, consulere communiter valeamus vtilitati. *Similiter Villiberto archiepiscopo Agrippinæ, Vittecherio venerabili episcopo, & Bertulfo archiepiscopo Treuirensi.* Data vt supra.

## EPISTOLA CVII.

## IOANNIS PAPÆ VIII.

AD SVPPONEM COMITEM.

Agit gratias de fidelitate erga Romanam ecclesiam. quædam apud Carolomanum facienda iniungit.

*Dilecto filio Supponi glorioso comiti.*

**P**RIMUM quidem deuotioni vestræ magnas gratias agimus, quia priorem fidelitatem, quam circa sanctam Romanam ecclesiam habueras, in sequentibus quotidiano labore opere admonstrare non desinis. Nos quoque præ omnibus vos diligentes, vestris potius consiliis præ cunctis acquiescimus. Tantum vobiscum Anspertum & Vibbodium